



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt Primvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133



Cades per uia Seir usq; ad istum locū ex
itus filiorū Israēl iusto itinere continet
XI. dietas, In Cades Moses reliqua locū
tus est quæ sunt in Leuitico et Numeris.

Omnia quæ præceperat illi dominus &c.] Contra
aliud docentes. [Percussit.] non uires uestræ &c.

Sufficit &c.] satis hic fustis. Hebraismus.

Explanare legem, dicens, Sufficit &c.

Vides q; hoc quoq; ad legem pertinet q; iubentur ab
cedere loco &c.

Dominus deus noster.

Repetit quæ gesta sunt omnia ab Ore sine Sina.

En inquit &c. vide ueritatem promissionis
diuine, Post quadringentos annos dedit quod promi=
serat, qui interim ab infidelibus contemnebatur quasi
mendax esset uerbū eius & quasi somnium esset quod
de fide patrum narrabatur. Vide rursus magnam
patrum fidem qui defuncti sunt non accepta promissi=
one nihil dubitantes deum præstiturum quod promi=
serat, Heb. 11. Hinc est quod Iacob nō uult se in Aegyp
to sepeliri & Ioseph mandat de ossibus suis in eam ter
ram asportandis ubi acceperint filij Israēl quod deus
promisit &c.

Usq; ad Eufratem.

Sub David & Salomone possederunt totam illam

terram ut dei ueritas comprobaretur. Aliās nunq̄ totam. Et scriptura hic impleta est per synechdochen. Relictæ sunt uero gentes ad exercitia tam carnis quā spiritus, ut dicitur iudicum. 3. quæ sunt peccata nostra & fidei tentationes intus & extra ubi ingressi sumus in ecclesiam dei cuius illa terra erat figura. Regnamus quidem per Christū, sed tamen in militia & armis &c. ut resistamus astutijs Satane & probet dominus utrius fidamus ipsius uerbo.

Tradidi. Nisi dominus tradiderit &c.

Non promittit dominus solum sed & iurat. Heb. 6.

Sustinere, portare.] Quod non est solum lites dirimere, sed etiam infirmitates portare &c.

Sicut stelle.] secundū promissionē Abrahæ factam.

Date ex uobis &c. De personis primum tractat & uuis legibus antequā leges fert. Alioqui uanæ sunt leges nisi adsint rectores, qui moderari possint leges & addere & demere pro cōmodo hominum. Alioqui summum ius, summa erit iniuria, & indigent ipsa iura ut iure regantur, Hanc uocant iuris moderationem &c. Hoc intellige de iudicijs ciuilibus qualia instituit Moyses hoc loco per iudices qui caussas populi audiant. Cæterum in uerbo dei & re diuina aliud est, ubi non licet addere uel demere. Illic enim est conscientiarū regimen quæ sine certo dei uerbo tutæ esse non possunt, quemadmodum audiemus.

Vomā sūb
leges ubi
ad ad ipsas
rectores

Habes hic qui eligantur scilicet sapientes secundum uerbum dei, gnari uel potius intelligentes secundum experientiam & differentiam rerum, uulgo discretos uocamus quos supra moderatores legis diximus. Qui non intelligunt, siue bene uelint siue male uolint reipub. omnia perturbant & in omnibus ferè obstant. Tertio additur Quorū conuersatio sit probata, ut etiā ipsa specie auctoritatem habeant, & suspitione auaricie & ambitionis careant, non animo pusilli &c. Vide Exo. 18. consilium Ietro, secundū quod ista fecit Moyses, ut scias ista ciuilia esse iudicia,

Nobiles.] recte quidem uersum ad latinas aures, sed tamen dubie, Trahunt enim hoc ad se Nemroite robusi illi uenatores coram domino, cum Nobiles hic nihil significet quā cognitos, de quibus dixerat, quorum conuersatio sit probata in tribubus uestris. Hodie hoc non seruatur neq; in regimine ciuili neq; in spiritali, sed male.

Audite illos.] id est, audite causas illorum. Officiū Iudicum, secundum conscientiam coram deo iudicantium &c.

Personam.] Non psona sed causa debet respici &c.

Præcepi.] Heb. præcepi itaq; in illo tēpore quæ facere

Noli timere.] Fidem exigit, ut rem (deberetis, uiribus humanis impossibilem credant quasi iam factā propter uerbū dei qui locutus est patribus &c.

Mittamus uiros] Infra dicitur, Portauit te deus &c.

Omnia facta erant secundū iudicium dei, id est, quem admodū deus iudicabat esse bonum & ipse duxerat in hunc usq; locū dicens, Ingredere & posside, Ipsi autē nunc ad uerbū dei ex sapientia suae rationis addunt, mittentes exploratores, consentiēte Moise, Res in se non erat mala, sed tamen occasio mali, ut uides. Ita cadunt nostra consilia ubi addimus uerbo dei &c. Nam quasi consiliū humanū hic legis, Mittamus &c. si tamen respexerūt in solum uerbū dei Nu. 13. iubentis, piū est & diuinum factū, sed uidentur cunctati ad uerbū dei, & deinde accessisse Moisen, quemadmodum infra pugnare uolunt postq̄ contempserant. Et certe hic addunt uerbo. Et renuncient &c. cum iussisset dominus solum mitti ad considerandam terram, id quod erat certe fidei tentatio.

Vallem botri] praeoccupatio est. In Heb. sic. Vsq; ad aquas Esschol. [Et nolulistis.] lege Nu. 13. & 14.

Nolulistis sed increduli &c.] Vide quid scriptura significet per non uelle, nempe non credere.

Odit nos.] Sic sentit impietas in tentatione, pius agnoscit uirgam patris. Talis tibi deus est qualem apud te feceris. psal. Cum sancto sanctus eris &c.

Quo ascendemus.] Ecce desperatio ubi relinquitur uerbū dei. Nō crediderūt uerbo sed, ut impij solent, respexerūt solū in periculū præsens, & hoc ipsum magnificabāt dicentes, Maxima multitudo &c. Hic nemo

CAPVT PRIMVM.

dicit, uerbū dei qd' habemus, qd' iubet ut ingrediamur
est potentius oibus. Vides quā arduū sit credere &c.

Nomina gigantum sic distinguunt, ut Raphaim no-
men sit gigantū ferocium. Enach nomen sit gigantum
nobilium, utriq; uero uocentur Emim epitheto pprio.

Nolite timere. adhortatio euangelica, & addit præ-
cedentia beneficia & liberationes, ut & propheta sæ-
pe faciunt, ut nunc similiter non dubitent ad futurum
deum, id quod & nobis in tentatione agendū, ut recor-
demur beneficiorū uel nobis uel alijs ante à deo præsti-
torum & sic apud nos concludamus, Manus domini
nondum est abbreviata &c.

Iratu*s* iurauit.] Nu. 14. psal. quibus iurauit. Horren-
da damnatio post agnitam ueritatem blasphemare, 94
habes hic exemplū peccati in spiritum sanctū. Præte-
rea horrendū q̄ ex tanta multitudine quæ describitur
in Numeris tantū duo acceperunt dei promissionem,
reliquis infidelitate damnatis. Vbi est ergo argumen-
tum hodie à multitudine? &c.

Secutus est dominum] id est, credidit uerbis dei.

Iratu*s* propter uos.] tamen proprium peccatū ha-
buit Moises, & Aaron ad aquas contradictionis licet
nobis occultū, cognitum tamē ex damnatione dei, sed
ad hoc peccatū incredulitatis & dubij fuit adactus ob-
stinatione increduli populi Nu. 20.

Nota q̄ deus eduxerat mirabiliter Israëlem usq; ad

montem Amorraeorū, sed hic permisit cadere populū
ob incredulitatem, statimq; puniuit sententia lata &
coëgit retrocedere &c. ut daretur pœnitenti.e locus
38 gētibus per XL. annos. Transgrediētes suos mox ca-
stigmat deus. Impijs differt pœnā ut grauius itereāt &c.

Paruuli.] Ecce q; paruuli & stulti accipiunt dei pro-
missionem. Ro. 3. Quid si quidam non acceperunt &c.

Peccauimus domino &c.

Hic uide multa. Primū. Accepta sententia condemna-
tionis & territi in conscientijs suis, ad opera confugi-
unt, uolentes satisfacere pro peccatis. Hic usq; adeo ni-
hil omittunt ut etiam animas parati sint amittere. sed
impietas est, cum q; sine uerbo dei faciunt isto tempore
tū q; etiā contra uerbū prohibens. Nemo hic precatur
misericordiā de contempto uerbo. Vbi nūc sunt liberi
arbitrij assertores? Secundū. Victoria non datur sine
deo, ut cūq; hoc gentes nō agnoscant. Nō enim, inquit,
sum uobiscum. Tertiū. Vide adhuc misericordiā dei in
media ira. Dominus cum eis non erat ut uincerent &
tamen cū eis erat ne perirent. Alioqui ad quid ista ad-
monitio? Quartum. Male cedit sine uerbo dei deum
uelle placare aut honorare, maior uero est impietas si
hoc facias cōtra dei uerbū. Vides omnia selecta nostra
opera nihil esse & deum aduersari quicquid sine eius
tentamus uerbo, ut frangat uolūtatem & arbitriū no-
strum. Quintū. Pœnitentiam hic uides impiorū. Pium

cor uno cordis desiderio, quæ est oratio corã deo, ueniam consecutũ fuisset, Hi ne plorantes quidẽ audiuntur, a deo non respicit opera deus ubi est infidele cor. Hæc enim est pœnitentia impiorum, dolere angustiam quam sentiunt & damnum, nõ patris contemptum & blasphemiam, id quod est sua querere non quæ dei sunt. f. 77
Ea erat & pœnitentia Esau, Heb. 12. Vbi ergo sunt qui docent formare contritionem?

CAPVT II.

N Dum æi, Ammonitæ, Moabitæ sunt pars Arabiæ fratres filiorum Israël &c. Atq; hic uides etiã dei providentiam & curã pro gentibus quibus prohibet malũ inferri, quibus & se dicit illas terras dedisse, ut agnoscas qd̄ dicitur Danielis. 2. Dominus mutat tẽpora & etates, transfert regna atq; cõstituit &c. Porro dominus narrat hoc q̄ gentibus dederit terras, ut cõfirmentur filij Israël benẽq; sperent sese per dominum multo magis accepturos terram promissam, cũ gentes acceperint, quibus non erat promissa &c. Itaq; ubi non est uerbum dei omnia uidentur casu, fortuna & consilio humano regi, quãuis non ita sit, soli autem qui uerbũ dei habent certi sunt quid agant, quo tendant, quid prosperum sit, quid infelix &c. In quo uides quid differant historiæ gentium ab historijs sacris in quibus ope-